

deatur, quod dum præfata rationes in contrarium oppositæ cessant in filiis Sororis, quæ in familia, & agnatione nuptiarum, imò militat ratio contraria, dum per eos verè, & propriè conservatur agnatio, etiam stantibus familiis Statutis procedere valeat eorum favore prædicta Juris communis dispositio, qua, ut adnotavimus, caput fuerat, quod quoad Jus succedendi loco agnatorum ipsi sint admittendi, prout voluit Guidobon. in loco allegat. sub dd. numero 11. & 12. assentiendo ob id d. numero 19. vers. Igitur in rebus theoreticæ ab eodem Guidobon. ibidem num. 48. antè dictis additæ, qua sequendo firmata per Pacian. conf. 53. à num. 15. ad 22. in re hac distinguendum esse putat, quod nempe aut agitur de re, quæ solum adaptatur agnatis stricto modo sumptis, ut quia respiciat solum conservationem agnationis, & tunc nomine agnatorum non veniunt filii fororis, per quos agnatio conservari non potest, sicuti non veniunt ipsa foror, quæ licet agnata, attamen agnationem conservare nequiret, aut verò agitur de re, in qua non fuit considerata ratio conservationis agnationis, & tunc appellatio agnatorum continentur etiam filii fororis, quos ad effectum succedendi loco agnatorum esse jura voluerunt, subdendo id esse verum, nedum in successione legitima, & ad præscriptum Juris communis sed etiam in successione ad dispositionibus Statutorum provenientibus, ita ex hac generali theoria magis confirmando ea, quæ in suo casu speciali superius antè firmaverat, & iam per eos fuerant animadvertita, quod scilicet filii fororis in agnatione nuptiarum in successione filiarum loco agnatorum sunt admittendi, dum quoad ipsos ratio conservationis agnationis procedit, & ad eos jura agnationis æquè competunt, ac si ex masculo agnato ipsi essent procreati, sicuti aptantur ea, quæ agnatis stricto modo sumptis à statutibus fuerant considerata.

Optimam sane rationem, quæ quando sola conservatio agnationis est primaria, & finalis ratio similitum Statutorum, tunc licet arguere ad extensionem Statuti etiam ad casus fidos, & improprios, ut occasione similitum Statuti ipsidem verbi dixit Rota dec. 141. num. 12. ex impress. inter dec. divers. select. per Constantin. ad interpret. Statut. Urb. quam sceler. & commendat ipsemet Constantin. in annot. ad idem Statut. annot. 40. num. 9.

Et quando provisio Statuti respicit favorem agnationis, & sic est facta propter publicam utilitatem, tunc quamvis relata ad unum casum, eadem ratione continet etiam alium, qui est similis expressio, etiam si ita fit per fictionem ad latè tradita in terminis similitum Statutorum per Cæpoll. conf. civil. 55. num. 38. & 39. lib. 2. & Thom. Doccium conf. 18. numero 13. etiam si alius non esset omnimoda similitudo, cum satis sit habere convenientiam, dum est eadem identitas rationis conservandæ agnationis, juxta ea, quæ pariter in terminis similitum Statuti animadvertit Mazol. conf. 9. numero 54. & 55. Quoties enim casus fidos transit in ipsam eandem veritatem, & revolvitur in ipsam rem, de qua loquitur Statutum, semper id, quod ab eo fuit dispositum in casu vero, verificatur, & habet locum in casu fido, ut post cæteros, quos refert, bene inquit Bammacar. comment. feud. ad cap. naturales si de feud. defuncti. &c. quæst. 4. num. 39. & 40. sicuti & quando casus fidos est ejusdem effectus, ac verus, ut quia habet eandem operationem respectu implementi ipsius dispositionis Statuti, juxta notata per Gallin. de verb. signif. lib. 3. cap. 22. num. 12. 13. & 25. Et sine dubio si id eveniat ex quo per Jus commune Statutum hanc interpretationem passivam recipiat, utpotè quia Jus commune ad illud se extendit, vel quia casus verus, & casus fidos ab eodem Jure communi per modum regulæ sunt æquiparati, juxta ea, quæ itidem in terminis similitum Statutorum latè ponderant Bero. conf. 14. à nu. 7. ad fin. lib. 2. Marefcot. var. resol. lib. 2. cap. 80. n. 17. 18. junctis antec. num. 11. & 12. & alii per Giurb. ad consuetud. Meilan. cap. 12. gloss. 3. num. 12. & 13. quemadmodum certè est casus de filiis fororis à Jure communi per quamdam fictionem veris agnatis æquiparatis, ad effectum consequendi jura successione, præsertim quando ratio agnationis à Statuto exoptata, valet in istis verificari, sicuti in veris agnatis, prout contingit

in filiis fororis nuptæ in familia, quos est certum in ratione Statuti, veris agnatis æquiparari, adeoque nulla potest esse quoad ipsos diversitas, ad hoc ut idem Statutum interpretationem recipere valeat ab æquiparatione à Jure communi facta.

Augeri videntur hæc omnia in nostra facti specie ex satis valida consideratione, quod successio ad præsens fuit aperta longè post obitum Cassandra, Bettini, & Octaviani Matris, ac Bracci, de cujus hæreditate agitur, Sororis, sicut tempore, quo iidem fratres ex propria persona, proprio Jure valent ad successionem admitti ob proximitatem usque à nativitate per Matrem acquisitam, & ab illa in ipsos transfusam; quæve Jure beneficio, & legis ministerio, evaserat qualitas propria, ipsorumque personis coherens, dum ex Jure communis præscripto hodie sublata agnationis, & cognationis differentia, etiam descendentes ex feminis ad successionem admittuntur, ac si nati essent ex masculis, in eaque proximitate dicuntur constitui, quæ in succedendo parem vim habet, ac illa ex parte patris, sicut quoties sunt agnati propter patrem, valent succedere etiam, ut proximiores agnati, juxta ea, quæ superius fuerunt latè firmata, & ultra inibi tradita, egressè ad rem ponderat Veg. conf. 63. num. 77. Et quidem ut id habere valeat locum etiam agatur de successione vigore similitum Statutorum, cum illæ ad similitudinem legitimarum successione sunt regulandæ, Belon. de jur. agræfendi cap. 6. quæst. 1. sub num. 4. Benelli. conf. 54. num. 170. & Statuta quoad hoc sint intelligenda secundum leges loquentes de ultimis voluntatibus, Honded. conf. 6. numer. 8. lib. 1. Calareg. observat. in Statut. Genue tit. de success. ab intest. ad princip. verb. soli num. 9. fol. 117. Cum autem communiter sit traditum, quod etiam data matris exclusione, seu aliter incapacitate succedendi, ejus exclusio, five incapacitas nullatenus potest obesse filiis, quin ex propria persona, proprioque Jure succedere valeant, si aliis id ipsis competat, cum tunc non dicantur venire tanquam matris hæredes, aut ex jure ab ipsa transmissio, sed diverso jure, diversæque ratione in ipsi militante, atque habent jus succedendi à lege, & non à matre, juxta ea, quæ ad terminos nostræ questionis latè prosequitur Veg. eodem conf. 63. num. 79. & seqq. ac per totum ubi sub num. 95. vers. Non obstant ergo. Animadvertit id procedere, etiam si Mater sit excluda per Statutum, & sub num. 97. præcipue dicit id maxime habere locum, quando Mater obit antè apertam successionem, junctis latè traditis, pariter in eisdem terminis per Barolom. Stell. apud Fusar. seqq. allegat. conf. 19. numero 17. & seqq. & Casanat. in dist. conf. Pro Duce Sermonete artic. 3. num. 141. & num. 155. & seqq. & generaliter per Salgad. in labyrint. credit. part. 2. cap. 25. numero 18. & seqq. Spad. conf. 271. numero 135. conf. 245. num. 2. 3. conf. 402. sub numero 16. lib. 3. Rota in recent. dec. 463. num. 14. & seqq. part. 1. & dec. 753. numero 4. & 5. part. 18. tom. 2. quæ est in terminis, in quibus Mater erat præmorta cum pluribus ab ipsis allegatis, & aliis innumeris, quos refert, & sequitur Aguirr. in apolog. pro success. Regni Portugali. parte 2. num. 165. & seqq. Utique hoc attentò, cum negari non possit in casu, de quo agitur, quod fratres prædicti tempore delatæ successione valent considerari ut proximiores jure proprio, & ex propria persona ad hoc ut tanquam tales ad contrariam successionem sint admittendi, erit etiam extra omnem difficultatem, quod ipsi succedere valeant, tanquam masculi agnati intra gradus à Statuto volitos ex indubia Jure theoria, qua habetur, quod qualitas admittiva, vel exclusiva attenditur solum de tempore apertæ, sed delatæ successione, & quod illa effectum fortitur, quam post plures, quos cumulat, in terminis similitum successione statutaræ latè exornant Calareg. ubi supra ad dist. primæ verb. masculi liberi numero 6. fol. 141. & ad 6. 13. quod incip. Masculus & femina num. 58. fol. 253. Rodoer. ad pragmat. 3. de feud. cap. 20. num. 15. ad finem, quamvè in terminis qualitatibus à Statuto requisitæ in masculo ad exclusionem femine afferre Paris. conf. 78. num. 30. lib. 2. ad id præcipue animadvertit in Rota lection. feud. 10. sub num. 10. vers. Ex quo infero in fine.

For-

Fortius verò, dum ipsa Cassandra eorum Mater, ob nuptias cum Viro de eadem familia, & agnatione contractas, non esset dicenda, si viveret, in parte exclusiva Statuti, comprehensa, sed ex eo, quod ob tales nuptias, vel filii masculinum genus usurpaverit, vel illud à Viro, qui nuptiarum, communicatione quadam accepserit, esset pari ratione ad successionem admittenda, si talis fuisset reperta in illi instanti delatæ successione, ut præter ea, quæ superius fuerunt latè firmata patet ex traditis ad rem per Rodoer. in mox alleg. cap. 20. numero 13. & 14. Sicuti idem Fratres de Ricafolis bene valeant ab eadem derivare gradum, etiam cum eadem qualitate agnati, quæ in illa aderat quamvè per similes nuptias non amiserat, sed continuaverat cum ipso gradu, ut jam supra fuit dictum, dum talis qualitas agnationis in ipsis adest, semperque adferret, ex quo sunt agnati propter patrem, quamvis aliis id non esset necesse ad effectum, de quo agitur, cum proximitas sit quid distinctum ab agnatione, utpotè pertinens ad gradum, cujus vigore quis succedit, ut proximior, & agnatio sit qualitas coherens personæ, ideòque quis succedere possit, ut agnatus proximior, quoties qualitas agnati filii coheret, & gradus à Matre mutuatur, ut non obscure elicere est ex his, quæ in fortioribus terminis repræsentationis differit Rota coram Duran. dec. 36. sub numero 17. vers. Quia cum. Et confirmatur ex his, quæ pariter in eisdem terminis repræsentationis est pro certo traditum, quod nempe non obstante similiti statutaria exclusione feminarum, adhuc earum filii succedere ex propria persona, proprioque jure repræsentando gradum matris, etiam si agatur de successione Transversalium, sed Colateralium, ut fuit plenè firmatum per Rotam in Romana, seu Firmiana Successione 28. Februarii 1695. coram Molines impress. apud Balducc. dec. & ver. judicat. vol. 1. tit. 3. de legat. & fideicommiss. dec. 16. numero 5. & 16. Januarii 1697. §. Ad fulcendum autem, & §. Nec talis ratio, cum seqq. coram Priolo, & 9. Decembris 1697. §. Replicatione nullatenus atenta, cum §. seqq. & 26. Februarii 1698. coram Muto, & 10. Decembris ejusdem anni 1698. coram Ansaldo ambabus his ultimis impress. apud Palmam Lucen. dec. tom. 3. dec. 291. num. 2. & seqq. & dec. 292. n. 6. & seqq. Et quidem, ut ad hoc non sit opus, quod repræsentet illius personam, cum ex jure beneficio hoc casu filii matris gradum subingrediantur, sicuti proximitatem non à persona, sed à lege recipiant, ut animadvertit Rota in eisdem decisionibus, & præcipue id expressè differens in illa edita sub die 10. Junii 1697. §. Sed talis ratio ad fin. coram Priolo, & suppositè tangens in alia coram Muto impress. apud Palmam dist. dec. 291. sub numero 1. Propereaque semper, magis certum firmiterque sit, quod Fratres de Ricafolis sint dicendi habere omnia requisita ad hoc, ut ex Statuti Florentini dispositione sint dicendi succedere etiam agnati masculi intra gradus ab illo exoptatos.

Hincquè etiam clarum sit nullius ponderis esse habendum, si forte objiciatur, quod proximitas, quæ desumitur à matre dumtaxat operari, si summe effectum producere sit dicenda, quoties unitur personæ, quæ sit vocata, & solum ratione proximitatis ab alio proximiori impedita existit, ideòque prælationem concurrente vocatione, nusquam verò, ista deficiente, omnimodum capacitate, seu habilitate ad succedendum tribuere valeat ei, qui non sit de genere eo temerario, quivè ut talis non videtur vocatus dicente Rota Florentina Motu lib. 96. fol. 262. occasione disputationis in eius Auditorio habitæ sub die 20. Martii 1616. super Testamento cuiusdam Vieri Cambii de Medicis: In primis esset firmandum, quæ persona, sed quod genus personarum est comprehendendum sub nominibus collectis, de quibus in Testamento, & postmodum querendum est de proximitate inter eos, nam frustra contendetur aliquem esse proximiorum, nisi ostendatur, vel supponatur esse vocatum. Et nunc ultra quod hoc etiam admisso, id non destruit, sed magis confirmat, quod istis in casibus proximitas valet desumi à Matre, cum certum sit, quod ex ipsa vocatione nil aliud, quam habilitas ad succedendum desumi potest, non autem quod statim ac quis probatur vocatus, sit dicendus in gradu, per quem servato successio-

Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

nis ordine, uti proximior admitti debeat, nam non ideò quis proximior est, quia succedit, sed econtrà, quia est proximior ideò succedit, ut supra fuit adnotatum præsertim ex Robles de repræsentat. lib. 3. cap. 11. numero 13. Ideòque non alia ratione is, qui probatur vocatus, præferatur per proximitatem matris, quam ex ea, quod valet desumi gradus à matre, sicutè magis verum sit, quod proximitas, quæ est jus quoddam universaliter, & genericum, valens comprehendere tam agnatos, quam cognatos, utpotè denotans sanguinis conjunctionem, quæ eodem modo per agnatos, & cognatos, participatur, ex quo omnes tamquam descendentes à communi stirpe inter se conjunguntur, adnotata per Carol. Anton. de Luc. de linea legal. part. 1. artic. 17. sub numero 14. vers. Quia proximitas, valet etiam desumi à matre, ad hoc, ut sit dicendus sit habere prærogativam gradus, quoties est ad complementum perfectæ successione requisita, prout in fideicommissis, majoratibus, primogenituris, & similibus hominum dispositionibus potissimum esse solet, cum regulariter sint vel linealis, vel ad certum, & determinatum genus personarum restricta, sicutè in illis bene prius videndum, qui sint vocati, cum fit in jure vulgarissimum, & pro constanti ab omnibus traditum, quod in illorum successione in primis, & antè omnia sit inspicienda linea, mox gradus, deinde sexus, & ultimo ætas, atque ita non est curandum de gradu, nisi in linea, nec de sexu, nisi in gradu, nec denique ætate, nisi in sexu. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 13. & 14. Sacca conf. 126. num. 45. Casanat. conf. 38. numero 114. Fontanell. Catalon. dec. 34. numero 5. lib. 1. Castill. contro. Jur. lib. 5. cap. 93. numero 3. De Luca de fideicommiss. disc. 15. numero 4. & disc. 16. num. 5. Pægal. de exclus. inclus. success. & erect. majorat. part. 1. cap. 2. num. 94. Animadvertendum, quod dum in casu, de quo agitur, ex jam dictis patet, quod filii femine nuptæ Viro de eadem familia, & agnatione, & sic Fratres de Ricafolis, sunt habendi pro veris, & perfectis agnatis masculis à Statuto consideratis, attenta proximitate à Matre agnata derivata, atque in ipsis una cum Patris agnatione unita, sunt etiam dicendi agnati masculi intra gradus à Statuto prefinitos constituti, propter quæ, licet ad præsens nulli alii existant agnati, quibus præferantur, sint ad successionem Statutariam admittendi, feminis exclusis, tanquam habentes omnia à Statuto requisita, ob quæ in illius parte inclusiva dicuntur comprehendi, nec propterea hoc attentò attentus de illorum vocatione sit dubitandum, cum hæc ex ipsa inclusione oriatur, ut de se patet, atque in terminis pariter controvertis, imò in fortiori casu, quo nedum masculos, sed & ipsam feminem alii nuptam, ad fideicommissum agnatiarum, & in quo soli masculi fuerant vocati, esse admittendam afferretur pro certo supponit De Pont. in supè alleg. conf. 154. sub nu. 25. vers. Imò, & fortius, & n. 21. vol. 2.

Reflectendo inter cætera, quod licet vera sint ea, quæ pariter antè tradidimus, quod nempe Statuta quoad interpretationem ultimis voluntatibus æquiparentur, & econtrà, atque pariformiter determinentur, itaut ab uno ad aliud quoad hoc argui valeat. Nihilominus est etiam certum, quod benignius agitur cum dispositione legis, quam cum dispositione hominis l. Celsus, ibique Gloss. in princ. ff. de recept. arbit. cum concordantibus per Gallin. de verb. signif. lib. 9. cap. 1. nu. 19. Grat. conf. 3. sub nu. 20. Prat. dist. forens. cap. 38. num. 81. volum. 1. atque præcipue, quod conservatio agnationis rationis in Statutis tanquam respiciens publicam utilitatem, & favorem Republicæ, cui plurimum interest agnationes conservari, amplius recipit interpretationem, quam in Testamentis, in quibus ne fideicommissa multipliciter strictior sit interpretatio, juxta ea, quæ ad terminos similitum Statuti latè ponderat Rot. coram Peuting. dec. 371. num. 18. 19. 20. & 21. sicuti & etiam quod ejusdem agnationis consideratio, atque feminarum exclusio, non æquè militat in ultimis voluntatibus, cæterisque hominum dispositionibus, ac in Statutis, cum Statuta debeant de necessitate fundari in aliqua rationabili causa, sicutè si de alia non constet, præsumuntur fundata in ratione conservationis agnationis, ultimæ verò voluntates, atque hominum dispositiones, cum de sui natura sint voluntariæ, nec in aliqua necessitate fundetur, ac propterea in illis ratio confer-

Hh 5 van-

vandi agnationem nequeat dici necessario à Testatoribus considerata, cum ex mera affectione, aliaque diversa causa possint moveri; Sique fiat pro ratione voluntas, quemadmodum præ cæteris animadvertunt Honded. *confil. 56. nu. 19. 20. vol. 2.* Bardellon. *confil. 81. nu. 36. lib. 1.* unde cum in ultimis voluntatibus efficacia, & virtus dispositionis in voluntate disponentis sit posita, itaut non aliter procedere sit dicenda, nisi cum voluntas vel verbis sit expressa, vel ex verbis in conjecturam voluntatis collineantibus desumi possit; In Statutis verò eorum vis omnino, atque essentialiter in ratione sit constituta, itaut ex hac dumtaxat mens disponentium sit elicienda, & quidem ut verbis etiam deficientibus illa sit unice respicienda; imò liceat etiam verba offendere, ut mens, & ratio Statuti serventur, quemadmodum longè antè adnotavimus. Idèò licet quoad ultimas voluntates benè procedere possit, quod prius sit videndum, quæ personæ sint vocatæ, atque sub verbis comprehensæ, ut dixit *Rota Florentina* in illa substitutione fideicommissaria, quæ aderat in Testamento illius Virii Cambii de Medicis, cujus meminimus, ad hoc, ut de Testatoris voluntate constare possit, cum hæc non nisi quæ ex verbis sit in dubio desumenda, itaut eis deficientibus, à negantibus fideicommissum, sed substitutionem possit opponi, quod de ipso, vel de eo casu substitutio non loquitur, ita tamen non poterit procedere in Statutis, in quibus non aliud querendum, quam qui sint sub illius ratione comprehensi, ut de se patet, atque facti colligitur

246 ex traditis per Decian. *respons. 16. nu. 20. Et 21. lib. 1.* & magis ad rem per Bero. *confil. 122. nu. 6. Et 7. vol. 2.* atque alios passim. Proindeque cum in illis femine nuptæ in agnatione procedat ratio Statuti, quod conservetur agnatio, etiam derivando gradum à Matre, servato ordine successione à Jure communi præsumitur, & quoad hoc à Statuto minimè innovatur, quæ concurrenter erit etiam dicendum, quod in ipsis procedat eius dispositio, juxta regulam, de qua latè Tabor. *in thesaur. locor. commun. lib. 16. cap. 5. axiom. 13.* quinimò, quod etiam sit dicenda concurrere vocatio, cum in similibus Statutis per feminam

248 exclusionem censetur vocata agnatio, ut dicit Spad. *confil. 318. nu. 4. tom. 3.* sicque non considerentur personæ, sed ipsa ratio agnationis, quæ in ipsis personis concurrunt, ut animadvertunt Honded. *confil. 7. sub numero. 19. lib. 2.* Tranchedin. *confil. 70. sub numero. 31. lib. 1.* Et quidem, ut expressum in Statuto dicatur id, in quo versatur eadem ratio leg. non dubium *Cod. de legib. Marta de success. legal. part. 4. quest. 21. artic. 2. numero. 76.* Anguian. *de legibus lib. 3. controv. 9. nu. 2.* Cravett. *confil. 186. nu. 31. Riminald. Jun. confil. 4. sub numero. 13.* Altograd. *confil. 39. sub numero. 24. vers. At de jure lib. 1. Aut. decil. 254. nu. 40.* Mans. *confil. 501. nu. 7.* itaut ea, quæ ex Statuti ratione resultant ex Statuto provenire dicantur, Barz. *Bannon. decil. 46. numero. 65.* Mans. *confil. 264. nu. 4.* Nec extra ejusdem Statuti verba censentur esse desumpta, ut in terminis similibus Statuti Rot. *coram Preusinger. d. decil. 371. nu. 17.*

Accedit prædictis, quodque eadem magis confirmat, clariorque explicat inevitabile dilemma, quod nempè; Aut est verum, prout & per nos assertum, ac abundè probatum, quod per similia Statuta, quibus femine sunt exclusæ favore agnationis, dum sunt vocati agnati intra certos gradus, licet in eorum personis videatur requisita qualitas agnatica, at tamen prærogativa gradus sit relicta sub dispositione Juri communis, sicque cum juxta ejusdem novissimas constitutiones sit sublata omnis differentia agnationis, & cognationis, propter quod est certum, quod successione gradus desumi potest etiam à matre, nullus remaneat dubitationi locus, quin Fratres de Ricafolis, qui uti filii femine nuptæ viro de eadem agnatione ex jam dictis, sunt habendi pro veris, & perfectis agnatis, sint etiam dicendi, quod possint desumere gradum à matre, adhuc ut intra gradus à Statuto præsumptos censentur constitui, adeoque tanquam habentes omnia Statuti requisita dicantur vocati; Aut est credendum, quod quemadmodum qualitas agnatica requiritur in talium filiorum personis, ita ejusdem qualitas esse debeat gradus, propter quem idem succedere contentundum & cum pariter sit probatum, quod femina ita nupta non desinit esse agnata, & per eius filios agnationem conservat, ac continuat, propter quod & ipsa vigore similibus dispo-

sitionum succedere valerent uti agnata, & quidem, ut propter effectum, qui ex ipsa consequitur, & habeatur tanquam masculus, sic multò magis ejus filii erunt dijudicandi succedere tanquam agnati per virilem sexum conjuncti, desumendo nedum agnationem, & gradum à patre, cui filii unita proximitas uxori, sed etiam agnationem, & proximitatem, seu gradum à matre, ita quod undique sit dicendus gradus verè agnaticus, atque ob id pariter erit clarum, quod Fratres de Ricafolis tam quoad qualitatem personæ; quam quoad gradum requisitum erunt habendi à statuto vocati, quamvis talis casus non legatur in statuto expressus, nam dum militat eadem ratio dicitur esse comprehensio, atque inclusio, ut inquit Menoch. *confil. 235. sub numero 52. vers. cessat enim.* Sicque si est inclusio, sit etiam vocatio, cum, ut paulò antea diximus, hæc ex inclusione oriatur, & ultra inibi tradita non obicere animadvertit Hondedeus *confil. 12. numero 29. in fin. volum.* I. Hujusmodi enim statuta utpote favore agnationis condita, esse simpliciter, & absolute favorabilia, et communitur à Doctoribus traditum, ut præter antiquiores late firmant Innocentius de *success. municip. quest. 4. nu. 12. ac per tot. Gobbi. de jur. inest. success. in præjud. numero 15.* Monald. *confil. 14. numero 6. Et 7.* Jacob. Gall. *confil. 61. numero. 21.* Gargiar. *confil. 45. numero. 41. lib. 1.* Cyriac. *controvers. 476. numero 6. Et 7.* Marott. *disceptat. forens. cap. 17. nu. 19.* Acolin. *resolut. forens. 13. numero 40. Et 41.* Francisc. Palm. *consultat. 59. nu. 2.* Bonden. *colucl. leg. 31. numero 104. tomo 2.* Tranchedin. *consultat. 70. numero 9. Et seq. lib. 1.* Felonga. *Enchir. jur. contr. cap. 21. numero 4. Et seq. ac per totum.* Matt. Medic. *quest. Senen. exam. 49. numero 16. ac per totum.* Thom. *decil. 240. numero 10. tomo 2.* Paitell. *de ultim. voluntat. decil. 10. numero 67.* Zaul. *ad Statut. Evantini. in observatione. ad vrbic. 27. lib. 3. numero 2. Et 3.* Rot. *coram Pamphil. decil. 15. sub numero 5. coram Bib. decil. 625. numero 16. in recent. decil. 51. numero 11. part. 1. decil. 53. per totum parte 3. decil. 438. numero 49. Et sequent. parte 4. tomo 2. decil. 177. numero 7. Et 8. parte 5. decil. 342. nu. 7. parte 12.* Et sine dubio quoad eorumdem statutorum partem inclusivam, quæ ipsius agnationis conservationi providetur, Molin. *de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 18. numero 6.* Bellon. *de jur. accresc. cap. 9. quest. 12. numero 30. tom. 3. Et confil. 74. numero 30.* Gabriel. *confil. 14. sub numero 13. lib. 1.* Montepic. *confil. 85. sub numero 39. vers. media tamen Buccaterr. confil. 65. numero 15.* Redenach. *confil. 1. numero 28. Et 29.* Schenard. *confil. 22. numero 122. lib. 1.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 449. numero 20. circa fin. & in terminis Statuti Florentini, de quo agit, Aldobrandin. confil. 100. numero 4. ad finem vers. quinto præsuppono. Et numero 44. Et confil. 101. numero 7.* Aut saltem non odiosa odio irrationali Rot. *coram Merlin. decil. 353. numero 6. Et 7. coram Celsi. decil. 135. numero 10. cum aliis in Nepefina Legitima 26. Aprilis 1697. coram Muro impress. post Albiz de inconstanti. in judic. decil. 69. numero 12.* Adeoque debent extendi, & ampliari ad omnes casus, & ad omnes personas, quibus, & per quas idem agnationis favor valet verificari, Castren. *confil. 83. numero 2. lib. 2.* Alexander. *confil. 89. numero 6. lib. 6.* Crot. *confil. 16. numero 12. Et sequent. lib. 1.* Buriat. *confil. 302. numero 52. Et 53. lib. 3.* Becc. *confil. 124. sub numero 24.* Eugen. *confil. 57. numero 56. Et seq. lib. 2.* Fufar. *confil. 54. numero 50. Et seq. Fab. de Anna confil. 92. numero 16.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 449. numero 3.* Amat. *variar. resolut. 1. sub numero 86.* Arumeus *decil. 9. nu. 15. lib. 2.* Mans. *consultat. 81. numero 21. Et seq. Et in alia consultat. impress. apud Torr. in Mantis. ad postrem. edit. Prælat. de pact. futur. success. cap. 4. numero 35. Et idem Torr. *de primogen. Ital. lib. 2. questio. 45. nu. 5. Et seq.* Itaut hoc casu non dicatur extensio, sed comprehensio, Zuccard. *confil. 69. numero 21.* Becc. *confil. 189. numero 60. Et 61.* Fab. *de Anna confil. 118. numero 9. Et 10. lib. 2.* Cyriac. *controvers. 137. numero 6. lib. 1.* Mans. *consultat. 276. numero 8.* Saminiat. *controvers. 63. numero 42. Et 46.* Adden. *ad Pamphil. decil. 15. numero 12.* Rot. *coram Celsi. dicit. decil. 15. numero 15. Et in recent. decil. 94. numero 17. Et 18. par. 17.* Etiam alius ratio non apparet in statuto expressa, sed subintelligeret tanquam unica, & finalis, prout in nostro Statuto Florentino, quia non est propriè extensio, sed inclusio, sed iterum dicit Me-*

nochius supra allegat. *confil. 235. eodem num. 52. in princip. & latius exornat Thom. Doct. confil. 18. nu. 14. 15. Et 16.* cum quibus conveniunt plerique ex superius allegatis.

Nec obesse poterit, quod iste casus mulieris nubentis in familia, sed filiorum ex similibus nuptiis procreatorum, dum non legatur literaliter in statuto expressus dici debeat casus omnis, qui propter hæc sub dispositione juris communis sit relinquendus. Siquidem in hoc distinguendum inter statuti partem exclusivam, & partem includivam, & quædam finali eorumdem, quæ est conservandi bona in agnatione, prout esse faciendum in illis interpretandis jam supra prænotavimus. Quod scilicet quoad partem exclusivam, in qua scilicet frequentiori contingencia solent nubere in agnationem conservandam, siue continuandam quoties evenit, quod adit femina, quæ sit in familia, & agnatio nupta, sicque per eam æquè benè, ac per masculos agnatio conservari, & continuari potest, cum penitus cesset ratio, propter quam femine fuerunt à statuto exclusæ, utique jure dici valet, quod casus mulieris ita nuptæ, sit dijudicandus casus in eo omnis, utpote sub illa generali exclusione non comprehensus, ideoque remanere debet sub dispositione juris communis, ut scilicet talis mulier ad illius præscriptum sit

263 ad successione admittenda, ac si ejusmodi statutum non extaret, quemadmodum ad terminos nostræ questionis præcipue tradunt plerique ex Doctoribus per nos supra relatis, ad firmandum, quod mulier ita nupta succedit

264 vigore similibus dispositionum favore agnationis facturam, & præcipue Peregrin. *dicit. confil. 50. sub nu. 5. vers. neque hunc casum lib. 3.* De Pont. *dicit. confil. 154. sub numero 19. Et seq. lib. 2.* Casanat. *in dicit. confil. pro Duca Serrone. artic. 2. sub nu. 130.* Tapia *decil. confil. Ital. 20. ad finem. Et alii.* Quo verò ad caput includivum, in quo per similia statuta feminis exclusus sunt vocati agnati masculi tanquam apti ad agnationem conservandam, & per quos magis frequenter illa continuari solet, minimè dicendum, quod casus femine nuptæ in agnatione, & multò minus casus filiorum masculorum ex istis nuptiis procreatorum sint recentendi inter casus omisos à statuto, sed potius inter comprehensos, dum in illis statuti ratio inest, pleneque verificatur, quod satis est ad hoc ut non dicatur casus omisos, quamvis aliis verba deficient, juxta late firmata in terminis similibus statuti per Tob. Non. *confil. 42. à nu. 27. ad 32. ubi nu. 28.* dicit id maxime procedere, quoties ratio statuti est unica, prout est illa conservandi agnationem, quamvis non sit scripta sed considerari potest; addito ulterius, quod id procedit etiam in correctoriis, & nu. 31. subdit, quod quando est casus, in quo sic statuentes fuissent interrogati, prout in expresso fuit decretum, verisimiliter respondissent, casus ille non dicitur omisos, sed comprehensus, cum quo concordant plerique alii ex supra allegatis, & est generale quod quibuscumque dispositionibus, quod casus omisos, quando est similis expresso, & militat eadem ratio, habetur pro expresso, juxta plene cumulatam per Castill. *controvers. lib. 4. cap. 15. numero 22. cum pluribus seqq. ubi quod ob id dispositio facta in casum expressum porrigitur ad omisium ex vi rationis, & nu. 31.* addit quod

268 quando casus omisos habet eundem effectum, quam expressus non præsumitur confectus omisos, ideoque admittitur extensio, ad hoc ut provisio facta in unum casum, porrigi valeat ad alium casum similem, & ex cujus eventu resultet idem effectus, nedum quoties constat hæc esse verificatam mentem disponentis, istamque fuisse ejus voluntatem elicitur, sed etiam aliàs de hac mente, sed vel voluntate non constaret, neque id contineret ex virtute expressi, quæ omnia, ultra alios ab ipso relatos etiam repetunt, & exornant Conciol. *ad Stat. Eugub. in præced. numero 145. Et 146.* Philipp. *respons. 8. nu. 70.* Redou. *confil. 18. nu. 15.* Vela *dissert. 7. nu. 20. dissert. 11. nu. 95. Et 96. lib. 1.* Strabian. *Jun. resolut. forens. 18. numero 25. tom. 2.* De Rofis *select. jur. observat. parte 1. cap. 39. numero 23. Et seq. Caraccapud Mans. consultat. 60. numero 136. Et seq. in supplement. fideicommiss. & legator. si-*

ve volum. 9. Rot. *coram Cello decil. 148. numero 14.* Imò Rocca *disput. jur. select. cap. 25. numero 42. Et 43. volum. 1.* animadvertit diversitatem casuum dici non posse, sed potius identitatem, ubi ex diversis casibus idem resultat effectus, adeoque casus omisos ille dici nequit, ex cujus eventu ita mens, & voluntas disponentis verificatur quemadmodum ex eventu casus expressi, & repetiti *cap. 114. numero 33. Et 34. volum. 2.* ubi dicit id maxime procedere in Statutis ex Menochio *confil. 206. numero 58.* Altograd. *confil. 60. numero 21. Et sequent. lib. 2.* Rot. *coram Bib. decil. 460. numero 40.* nec sine ratione, quia quoties in Statuto, siue lege ratio est vel expressa, vel subintellecta, casus legis est exemplum, & legis ratio ex lex ad comprehendendos omnes casus, in quibus eadem ratio viget, ut cum pluribus probat Soula Lufit. *decil. 1. numero 28. Et 29.* ubi quod id procedit, quamvis hæc sit limitatoria, & correctoria, & quia, ut inquit Bald. *confil. 141. nu. 4. lib. 1.* oculus legis omnia videt, omnia inveniatur, quemadmodum refert, & sequitur cum aliis Giurb. *ad consuetudin. Messan. in proem. numero 5. ad finem, unde appositè ad rem Pegas de majorat. success. etc. parte 2. cap. 14. numero 125.* ita scribit: *Quarto tandem negari non potest, quod casus iste, quo agnatus nullo relicto agnato descendente decessit, reliquit tamen feminam cognatam in eadem linea existentem, non est in tota institutione majoratus expressus, at verò in eodem omnino ratio viget, atque eadem effectus sequitur, ut supra consideravimus, quia cognata ista ultimo possessori est proximior in linea, quæ majoratus subintrat, quæ si nubat agnato proximior, idem prioris sequitur effectus, quem institutor voluit in casu expresso, ergò ad hunc casum omisium trabenda est eadem dispositio, & magis dierte pariter ad rem Tranchedin. *confil. 70. numero 30. Et 31. lib. 1.* omnino præcedendum.*

Minimè refragante si forte objiciatur, quod casus femine nuptæ in familia, cum raro evenire solet, ut præsumitur, tanquam insolitus censendus sit à Statuentibus non cogitatus, ideoque quoad illud non posse cogitari ex verisimili Statuentium mente, & voluntate, quod non fuerit casus omisos; Vel quia dato etiam, quod posset dici de isto casu non fuisse cogitatum, cum non sit præsumendum casus consulto omisium, quando deest verisimile, quod si de eo fuisset cogitatum, idem quoque quoad illum fuisset dispositum, adhuc provisio de uno casu facta porrigeretur ad alium, etiam non comprehensum virtute expressi, quando verisimilis mens disponentis ita suadet, ad plene tradita per Capon. *discept. forens. 205. cap. 2. nu. 13. tom. 3.* & Ferdinand. Alphonf. del Aquila in addit. ad Roxas de incompatibilib. *Regnor. Et majorat. par. 8. cap. 1. nu. 43.* Vel quia non per hoc quod casus raro eveniat, sequitur quod verisimiliter cogitari, & prævideri non possit, cum magna existat differentia inter casum raro contingentem, & casum non evenire solitum, quoniam casus insolitus, quivè verisimiliter quovis Viro prudenti excogitari non possunt, sunt ii dumtaxat, qui vel miraculose, & præter omnium opinionem, & cogitationem, vel nonnisi intrà mille annos evenire solent, casus verò raro contingentes, licet non frequenter pluries tamen accidunt, prout certè evenit, quod per feminam nuptam in familia, vel ejus filios conservetur agnatio; Indequè non semel, & à Doctoribus ponderatus, & in Tribunalibus discrepat, quod satis est ad hoc, ut verisimiliter non sit dicendus casus à Statuentibus incogitatus ad benè, & late tradita per Hodiern. *contr. forens. cap. 20. nu. 38. Et 39.* quamvis aliàs de sola conservatione agnationis magis frequenter per masculos fieri solita fuerint loquuti. Vel demum quia quoties etiam ageretur de casu insolito, adhuc tanquam comprehensus in ratione, ex eadem supplendus esset casus omisos, quoniam disponenti non est inquantandum, quod casum insolitum non cogitaverit. Mantica. *de consuet. ultim. volunt. lib. 3. tit. 19. nu. 14.* Capon ubi supra *nu. 14.* Ferdinand. Alphonf. del Aquila pariter in loc. allegat. *nu. 45.*

Sicuti nec etiam adversari erit dicendum, quod in littera nostri Statuti veteris, dum agitur de successione Matris, inter cætera quæ quoad hoc fuerunt inibi disposita legitur additum, quod totum id, quod fuerit dictum de Matre locum habeat etiam in Avia, & in omnibus, & singulis continentibus, vel conjunctis civilibus tam mari, quam femi-

ne descendentes per lineam maternam, seu ex linea matris sue salva gradu prerogativa, tam inter conjunctos ex latere matris, quam inter agnatos, seu de stirpe ex linea masculina descendenti, &c. Quasi quod ejusmodi verbis videtur quodammodo fuisse declaratum illos agnatos mascululos dumtaxat esse à Statuto vocatos, quia masculus, & per lineam masculinam descendunt, non autem quia à feminis proveniunt, juxta deducta in simili per Rot. Florent. in alleg. Motivo in Causa de Medicis §. Ad ea autem vers. ac in nostrainnixa sententia Ricardi de Malumbra in sua dispat. cujus meminit Jo. Andreas in addit. ad Speculat. Rub. de testam. in fin. in ult. quæst. Etenim omisso, quod ea, quæ in eisdem decisionis facti specie habentur tradita, occasione substitutionis fideicommissariæ fuerunt deducta, ut jam diximus strictissime interpretandæ, nec non quod antea fuerat præcipue resolutum, ac pro certo suppositum quod ex Testamento illius Vierii Cambii de Medicis, de quo ibi agebatur refutabat absolutum, & successivum fideicommissum, sicque intelligendum, ut procedat gradatim de uno in alterum masculinum, Valenzuel. conf. 97. nu. 189. & alii passim; Ideo non mirum si in eo casu fuerat dictum, illa verba per lineam masculinam esse intelligenda de masculis ex masculis, nec proinde applicari ulla tenus poterit ad interpretationem Statuti, de quo agitur: sicuti nec etiam procederet poterit opinio Ricardi de Malumbra, quæ solum habet locum, quando ex illa deduci vult, quod ex vocatione masculorum fuerit habitus respectus ad agnationem, Soccin. in l. Gallus §. nunc de lege sub nu. 5. vers. nam Jo. Andreas ff. de liber. & postum. itaut hoc postposito sit communiter probata, & à Doctoribus, & Tribunalibus unanimiter amplexa sententia contraria Fulgosi conf. 83. n. 1. & 2. qua habetur, quod sub denominatione masculorum sunt dicendi comprehensivi, nequum masculi, qua per masculos, sed etiam illi qui per feminas descendunt, ut præcipue pro constanti tenet Rota Romana, ut ex cumulatis per Bonden. colluct. legal. 34. num. 106. lib. 2. & Rodulphin. alleg. 22. & allegat. 174. utrobique num. 10. ac per eamdem Rota coram Cels. decis. 141. num. 6. coram Bib. decis. 307. num. 16. coram Priol. decis. 273. num. 1. in recent. decis. 164. num. 5. & seq. part. 18. in Bononien. Fideicommissi de Ghisleris 17. Junii 1697. §. Que communis coram Molines in Romana Fideicommissi 8. Martii §. Data autem perpetuitate, & 28. Junii §. Quonobrem 1697. cor. cod. Molines, in Romana Fideicommissi de Maronis 10. Martii 1697. §. Absque eo quod, & 27. Januarii 1698. §. Hec autem coram Pio, & in Avenionen. seu Carpenteraten. Fideicommissi de Tertullis 27. Februarii 1704. §. Et sanè coram Lancetta, ac in aliis millenis. Sicque eadem opinio Ricardi de Malumbra locum habere valeat dumtaxat juxta subjectam materiam, adeoque nunquam procedere possit in casu, in quo agitur de masculo ex femina nupta in agnitione, ut in individuo firmat Mandell. Alban. conf. 87. nu. 7. & 8. proptereaque undique cessant ea, quæ in dicto Morivo in Florentina de Medicis fuerunt tradita. Adhuc obiectum ex pluribus evitatur.

Et primò, quodvè satis superque de per se esset, quia Statutum præfatum fuerat de Anno 1620. novis Reformationibus correctum, & declaratum, & præcipue in parte mox recentita inter cætera, quæ fuerunt immutata, dum de agnatis fuit facta mentio, solum fuit dictum existentibus agnatis masculis, addita qualitate masculinitatis ad illud verbum Agnatos, quod in veteri Statuto legebatur prætermittis penitus aliis verbis, seu de stirpe ex linea masculina, quæ in eodem sequebatur. Cum verò explorati Juris sit Leges veteres abrogatas novis cedere debere, idè ad effectum, de quo agitur non nisi prædictæ novæ Reformationes tanquam posteriores erunt attendendæ, juxta nota in terminis Reformationum similibium Statutorum per Hondedum conf. 4. num. 68. & 70. vol. 1. & Camill. Borell. conf. fove contr. 49. n. 19. 20. 23. & 27. & universim de legibus per Revard. lib. singul. ad l. 1. Tabul. cap. 1. Statuto proinde antiquo uti correcto, & abrogato minimè respectu, cum nunquam observentur Sanctiones earum Legum, quæ fuerunt abrogatæ, indeque minime licitam sit rem velle decidere ex Statuto veteri correcto, ut itidem in terminis Reformationum similibium Statutorum, ultra ea, quæ late prosequitur idem Borell. ibidem num. 15. in fin. & n. 16. 17. & 80. bene animadvertit Barz. Bonon. decis. 97. num. 29. Undè cum istæ novæ Reformationes simpliciter,

& generaliter vocent Agnatos mascululos, simpliciter, & generaliter, & abique distinctione erunt intelligendæ per ea, quæ pariter in istis terminis adnotat Honded. dicit. conf. 4. num. 69. & 80. vol. 1. Et quidem ut masculinitas sit dumtaxat in illis expressa ratione frequentioris usus conservandi nam agnationes, ut jam late fuit firmatum, nec propterea fit consideranda, nisi in consequentiam, & quatenus per eam pervenitur ad finem, quo frequentius conservantur bona in agnatione, & tanquam instrumentum causæ finalis, quæ est ipsius agnationis favor, non autem ipsa causa, ut ad terminos nostri Statuti bene diserit Aldobrandin. conf. 6. num. 47. & sic fide dubio comprehendens mascululos ex femina nupta in agnatione.

Nec aliàs dubitandum quin verum sit id, quod mox asserimus, scilicet per antea relatas novas Reformationes fuisse in hoc Statutum antiquum correctum, & abrogatum, tum quia pro certo credendum Reformatores habuisse ante oculos vetus Statutum, dum illud corrigere, & declarare intendebant, cumque omiserint illa verba, seu de stirpe ex linea masculina, quæve si novis Reformationibus voluissent esse repetita, utique facile fuisset exprimere, & expressissent eo modo, quo expressa erant in veteri Statuto, siquidem non fecerint, censendum est voluisse illa omittere, ut Statutum in hoc remaneret correctum, & declaratum, ut in terminis Reformationis similibium Statuti totidem penè verbis bene animadvertit Barz. d. Bonon. decis. 97. sub nu. 17. vers. præsertim quia, ac non dissimilibus tradit Honded. conf. 1. sub num. 37. vers. siquidem Reformatores, & d. conf. 4. sub n. 77. vers. finem Reformatores vol. 1. Et est generale in omnibus legibus, quia cum lex nihil frustra agat, aut omittat id quod fuit omisum in recentiori lege, consulo dijudicari omisum, ut legi antiquæ esset derogatum, & ut id, quod in ea fuerat scriptum, nullum amplius effectum habere valeat, ut ex juribus cumulatis per Velac. de judic. per f. rubric. 9. annotat. 12. §. 1. num. 13. & 14. Tum quia est manifestum, quod vetus Statutum non se compatiatur cum nova Reformatione, de qua agitur, nec in origine, nec in effectu, non in origine, cum longè post primum statutum in lucem prodierit, non in effectu, cum in hac excludatur Soror, quæ in eo includebatur, & includuntur illi, qui prius excludebantur, quo attentò, per istam novam Reformationem generale, esse abrogatum Statutum antiquum, quamvis speciale, notabiliter tradit in paribus terminis Redenac. conf. 1. num. 153. Tum etiam quia cum antè Reformationes præfatas fuisset compertum in ipso Statuto veteri, & præsertim in illius Capite primo, de quo agitur, plura fuisse à Statuentibus inadvertenter dicta, unde de Angel. in sepe allegat. conf. 283. De ipso præcipue loquendo, suum responsum ab eo exorditur, quod Inadvertentia Statuentium multas faciat pullulare discordias, & progrediendo in vers. datur autem, dicit eam præcipue partem, de qua ad præsens est questio, esse intricatam, & antè ipsam Bald. ejus frater in anted. conf. 281. sub num. 5. vers. Sed non est dubium, de illa itidem loquens, dicit esse obscuram. Reformatantes in proemio, sed principio earundem Reformationum, intera cætera, quæ afferunt ad demonstrandum, quod fuerat oportuum vetus Statutum corrigere, seu reformare, ut subjeclorum bono plenius esset consultum, expressè declarant id facere, ut tollendo ex eo dubia, & obscuritates, unde prolixæ lines orientantur, in eodem Statuto magis apertam, & competentem formam defendendum successivum inducerent, concludendo tandem in fine post completas omnes Reformationes, quæ facere oportuum dijudicaverunt, quod in cæteris non mutatis, neque correctis prædicti Statuti veteris dispositio in suo robore, & observantia remanere deberet, siquidem propterea declarando, quod eorum mens fuerat, quod in his, quæ correxerunt, & immutarunt, voluerunt vetus Statutum esse abrogatum ab bene tradita in terminis Reformationis similibium Statuti paribus verbis facta per Borell. dicit. conf. seu controvers. 49. numero 17. in fin. & sub numero 22. vers. Statutum nempè. Mentem enim Statuentium ad hoc præcipue esse impedendam occasione pariter Reformationis similibium Statuti adnotat Barz. dicit. decis. 97. eodem numero 17. in princip. Tum quia clare patet istas novas Reformationes quoad partem Statuti, de qua agitur, ea ratione

279
280
281

ione fuisse factas, ut plenius conservacioni bonorum in familia, & agnatione esset consultum, novaque dispositione ordini succedendi esset provivum, in quibus attentis eadem à veteri Statuto interpretacionem recipere minimè deberet, sed simpliciter, prout loquuntur, esse intelligenda, nequit in dubium revocari, sicuti & per illas idem Statutum vetus esse dijudicandum abrogatum ad tradita ad rem per Honded. supra allegat. conf. 4. numero 79. in fine, & numero 80. volum. 1. Idque five nova Reformatio sit veteri Statuto contraria, five illius declaratoria, Spad. conf. 319. sub numero 8. vers. Ergo omnino lib. 3. ubi pariter loquitur in terminis Reformationis similibium Statuti. Sicque multo magis cum nullatenus contendi possit nostrum Statutum fuisse novis Reformationibus ampliatum favore agnationis, & agnatorum, ut ultro esset profectum illius conservacioni, & continuationi, ut notum & jam pluries superius traditum, ac præcipue ex de Luca de success. ab intestat. dicit. 8. sub numero 19. vers. cum igitur in novis Reformationibus. Tum demùm, & quod omnem proorsū difficultatem removeret, quia est certum, quod Statutum præfatum fuerat conditum habito respectu ad divisionem Patrimoniorum, f. conformando cum veteribus Juris sanctionibus, de quibus in l. quod scitis §. fin. autem Codicæ de bon. quæ liberis, quemadmodum actum esse omnibus alii similibus Statutis animadvertit Rota in Auximiana Immissiois 11. Maii 1696. sub §. Admissa autem vers. quoniam omisso coram Urfino. Cum autem nequeat contendi, quod præfata Patrimoniorum divisio fuerit expressè correctæ, & revocata per eadem novas Reformationes, ut in illis legere est in §. Et ad remanendibus eodem penè modo, quo similibus Reformationibus alia pariter similia Statuta fuerunt revocata, & moderata, prout præcipue de Statuto Patavino testatur Peregrin. decis. 78. sub numero primo, §. Secundo considerabat, cum sequent. Utique negari non poterit esse revocata ea etiam, quæ eodem respectu fuerunt inibi posita, ut certè sunt verba illa, seu de stirpe ex linea masculina, nemini enim later, quod Statuto, seu Lege correctæ, censetur etiam correctæ ea omnia, quæ ejus occasione facta fuerit, Martia de success. legal. part. 4. quest. 6. art. 3. num. 17. cum ibi allegatis.

Secundò evitatur obiectum ex eo, quod præsupposita hac statuentium mente, qua voluerunt tradere regulas pro feminarum fidei successione, five exclusione habito respectu ad Patrimoniorum distinctionem, ut mox tetigimus, & quidem, ut bona revertentur ad suum principium, & ad eam lineam, à qua derivantur, quæ potissima fuit ratio similibium Constitutionum, juxta tradita per Mart. de successione legal. part. 2. questione 1. art. 1. sub numero 7. §. Et pro hac opinione, Marcian. conf. 17. allegat. 251. sub numero 20. Rot. in dicit. Auximiana Immissiois 11. Maii 1696. sub §. Nec ratio coram Urfino, & 15. Martii 1700. §. Eoque robustius. Et sub §. Postea agitur coram Ansaldo, prout sanè in pluribus statutis eadem ratio fuit expressè enarrata, ut in casibus, de quibus Rota coram Ludovis. decisio 293. in recent. decisio 117. numero 4. part. 1. & in Sancti Severini Manutenzionis prima Junii 1695. §. Hinc datur intelligi coram Pio. Manifestum redditur, quod per illa verba, seu de stirpe ex linea masculina, in dicto Statuto veteri posita, nil aliud significare voluerunt Statuentes, quam quod ea, quæ antea fuerunt tradita circa modum succedendi quod conjunctos ex latere materno, non nempè esset servanda gradu prerogativa, five quod succedere deberent proximiores, quod idem est, Man. conf. 48. numero 7. tom. 9. sed in supplement. fideicommissi, idem etiam esset servandum quoad conjunctos ex latere paterno, ut nempè esset expressè fuerat dictum de conjunctis ex latere matris, quoad succedere deberent proximiores, ita etiam intelligeretur dispositum quoad conjunctos ex latere patris, adhibendo illa verba, seu de stirpe ex linea masculina, ac si dixissent, seu de linea paterna, vel ex parte patris, cui idem sit dicere ex linea patris, quam ex parte patris, Honded. conf. 4. num. 11. vol. 1. Crivell. Dolan. decis. 100. sub numero 12. vers. paria enim sunt, Rota in rec. decis. 102. numero 9. parte 7. Nihil relevante, quod non fuerit dictum per lineam paternam, sed per lineam masculinam, cum idem importare videantur,

ut aperte colligere est ex optimo Textu in l. jubemus Cod. de emancipat. liberor. sicque hic modus loquendi in re hac à Doctoribus adhibitus, dum de his Statutis agunt, ut videre est apud Bald. conf. 104. vers. primum caput lib. 2. Honded. dicit. conf. 4. sub num. 18. vers. Et licet Statutum. Non enim familia Statuta debent capari in verbis, sed qua mente quod fuerit dictum animadvertendum, ne alioquin prætextu subtilitatis perniciosus in interpretatione erretur, ut appositè ad rem prosequitur Crivell. dicit. decis. 109. numero 13. Undè si Statutum præfatum, tamquam loquens in diversis terminis, & pro alio effectu, non poterat, juxta mox dicta, obesse in casu, de quo agitur tempore quo integrum in suo robore permanebat, multo minus obesse poterit ad præsens, dum quoad verba prædicta fuit, ut diximus, per novas Reformationes correctum, & abrogatum. Præsertim cum etiam si Statutum quoad hoc nequiret dici correctum, adhuc per dicta verba, quatenus, ut diximus, nil aliud Statuentes dicere voluerunt, quam ex parte patris, est certum, quod per hoc fuerunt significati agnati, & ipsa agnatio, Rota in recent. decis. 102. num. 5. part. 7. cuius proinde favor non esset restringendus ad solos agnatos mascululos ex masculis, sed de omnibus, per quos agnatio conservatur esse intelligendos, cum hujusmodi Statuta, utpotè favorabilia non sint restringenda, sed potius amplianda, ut ultra ea, quæ pluries diximus, bene ad rem animadvertit Honded. dicit. conf. 4. num. 19. vol. 1. nec proinde in eorum interpretatione rigor fit adhibendus, nec concurrat agnationis conservatio, sed imò neglecto verborum cortice ex rationibus sint intelligenda, De Luca de success. ab intestat. dicit. 4. sub numero 9. dicit. 12. numero 7. & dicit. 17. numero 8. Gob. de jure intest. success. in preclud. num. 4.

Tertio quia admissio etiam citatæ veri præjunctio, quod eadem veteris Statuti dispositio esset quoad hoc respectiva ad præfatis novis Reformationibus declarandis, vel supplendis, & quod agnati à Statuto considerati esse deberent de linea masculina. Nihilominus animadvertendum, quod dum agitur de Statuto agnationis, ejusque conservacionis favore edito, intelligendum est de agnatis, per quos agnatio retinetur, ut in nostris terminis adnotat Cravet. conf. 636. sub num. 11. §. Non obstat, vers. neque creditibile est, sicque indubie de filiis masculis, femine Viro de eadem agnatione nuptæ, in quibus verificari potest ratio prædicta, ut ad terminos nostræ questionis bene tradit Curt. Jun. conf. 1. num. 38. parte 1. dicens: Secundo, & fortius dico, quod etiam præsupposito, quod adesset prædictæ conventiones nihil fuerit in proposito, quia non tractamus hic, quod femine succedant, sed ut succedant masculi, qui licet descendant ex femina, sunt tamen ex utroque parente de parentela illorum de Scarampis, & omnino succedit trita regula, quod pactum, vel conventio, quæ sunt facta inter aliquas personas sunt stricti juris, & personas nominatas non creduntur l. si unus §. Aut omnia ff. de pact. cum vulg. l. femina ergo sole remanebant exclusæ, non autem descendentes masculi ex feminis, qui sunt de communi agnatione, & licet solent dici, quod nepos ex filia non dicatur de linea masculina, nulla enim alia potuit esse ratio dictarum conventionum, nisi ut bona conserventur in agnatione, cum quo conveniunt pariter in terminis nostræ questionis Paschal. de virib. patr. potest. part. 4. cap. 9. numero 74. & seq. Camill. Villan. in respons. apud Donat. Anton. de Marin. lib. 1. var. resol. cap. 131. num. 25. Imò in præfatis terminis casus nostri; quando nempè sunt vocati masculi descendentes per lineam masculinam expressè tradit Fachin. contrav. Jur. lib. 11. cap. 25. in fin. ad hoc expensis à Paschal. ubi mox sub num. 75. vers. & ita etiam plurimuliter, & à Calanatt. in sepe allegat. respons. pro Dico Sermonete art. 2. sub numero 127. vers. Decimo quarto. Andreas Fachineus. Nec sine ratione, cum omnibus sit in comperto, esse magis communiter receptum feminam maxime hoc casu esse de linea masculina Patris, juxta late firmata per Cravet. dicit. conf. 636. num. 9. & 10. sicque multo magis erunt dicendi de linea masculina, quæ filius filii, tam patre inspecto, quam ipsa etiam matre, quæ hoc

295
296
297

hoc casu consideratur, ac si in ea linea femina non se in-
terposuerit, ut pluries supra diximus, præcipue ex Fer-
dinand. Al. phoni. dell' Aquila in addit. ad Rox. de incompati-
306 bilit. Regnor. & majorat. part. 1. cap. 6. sub num. 338. maxime
cum hoc casu isti masculi ex similibus nuptiis procreati
nedom dicantur agnati, ac si essent masculi ex masculo,
307 Bartholom. Stella apud Fufar. consil. 19. sub numer. 32. §.
Respondetur quod licet, Trentacincque de substi. parte 4.
cap. 7. sub num. 10. §. Appellatione liberorum, ad finem, sed
etiam dici valeant de linea masculina, & de liberis mas-
308 culis Avi materni, ut bene animadvertit itidem in ter-
minis nostræ quæstionis Guid. Pap. consil. 176. numero 3. ad
finem. Minime in hoc subtilizando an Statutum dixerit
ex linea, vel per lineam, aut de linea, cum istæ sint dis-
309 tinctiones verbales nullatenus attendendæ, ut ex cumu-
latis per Ger. Spin. consil. 13. nu. 80. Venturin. consil. 25. n. 25.
& alios passim.

Illique respectis, nulla pariter vis fieri poterit in eo,
quod idem Statutum verbis universalibus, & generalibus
nedom excludit feminas, ac ab ea descendentes, sed
etiam omnes, & quoscunque quomodocunque per eas
conjunctos. Siquidem ut jam fuerat adnotatum Statum
hoc casu quamvis excludat matrem, & ejus lineam,
regulatur à ratione conservandæ agnationis, propter
quam illud fuerat editum, atque propter quam in eo ma-
310 ter fuerat exclusa, itaut hac cessante, cessare debeat
etiam exclusio, ut ultra ea, quæ fuerunt deducta bene
adnotat Mieres de major. part. 2. quæstio 6. numero 525.
alios plures referens; Ideoque verba universalia quoscun-
que, & quomodocunque, quamvis aliàs sint apta com-
prehendere etiam majora expressis, id erit intelligendum
dumtaxat procedere juxta subjectam materiam, & secun-
dum naturam actus, cui fuerunt adjecta, itaut intra eo-
311 rumdem limites illorum universalitas restringi, & limita-
ri debeat, Barbof. dicti 617. num. 12. & dicti 329. numero 7.
Rot. coram Coccin. decisio 2283. num. 88. & seqq. adeoque in
nostro Statuto cum fuerint posita ad majorem agnationis
ampliationem, & augmentum, ut diximus, non nisi
ad eundem effectum erunt dicenda prolata, ab eoque
erunt five amplianda, five restringenda, attenda indu-
bia juris regula, qua habetur, quod verba quamvis uni-
versalia eo respectu, & sine, quo prolata sunt, intelli-
gi debent, neque aliter sunt interpretanda, quam habita-
ratione ejus, ad quod disponens respexerat, & dicen-
312 da operari debere secundum causam, ob quam dispositio
facta fuerat, & similia verba in ea fuerant prolata,
de quibus late Zepper. in Cynosur. legal. circa interpret. ver-
bor. &c. cap. 44. numer. 1. 3. & 7. & Cyriac. controuv. forens.
292. numero 13. & seqq. lib. 2. addens numero 16. quod nul-
313 lum verbum est tam universale, quod ratione circumstan-
tiarum non restringatur ex Oldrad. consil. 148. numero 7.
Nevizzan. consil. 40. numero 12. Surd. decis. 233. num. 19.
& aliis.

Denique nullam considerationem mereret, quod aliàs
per Rotam Romanam casus similibus successioneis statutarie
videatur decisis contra feminam nuptam in familia, ut
in rec. decis. 89. part. 6. & decis. 53. parte 7. repet. post Farinac.
Reperit. ultim. volum. decis. 24. & decis. 66. Cum inibi di-
cta potius faveant, quam adverterentur iis omnibus, quæ
hucusque fuerunt per nos firmata; Nam quoad id, quod
attinet ad priorem decis. 89. part. 6. in illa expressè admit-
314 titur opinio Cravetta, & aliorum, quos supra expendi-
mus, quatenus dixerunt feminam ita nuptam conse-
rvare agnationem, & gradum, ideoque illi sui filios bene
succedere posse uti masculos agnatos, sed solum illa
limitatur in terminis Statuti Januæ lib. 6. cap. 23. de quo ibi
agebatur, vigore cujus dispositionis in omnibus gradibus
qualitas masculinitatis erat requisita, ut satis colligere est
ex ibi traditis num. 14. expensis prius anteced. numer. 7. vers.
quia adverterunt Domini, verbis ejusdem Statuti in §. 17.
cujusdem cap. 23. quibus dicebatur, quod deficientibus om-
nibus descendens masculis, & ascendens in quo-
cumque gradu, feminis semper exclusis, succedat agna-
tus masculus proximior defuncto intestato usque in quar-
tum gradum exclusivè, ut sic cum Statutum nedom de-
siderasset gradum intra certos limites, nempe quartum,
& agnationem, ac proximiorum, sed etiam masculinum,
minimè filii feminae, quamvis nuptæ in agnatione, ju-
vari valerent gradum matris. Animadvertendo præter-

tim, quod qualitas masculinitatis ab eodem Statuto Januensi adeo rigorosè fuerat in omnibus gradibus exopta-
ta, ut in illius principio expressè fuerit dispositum, quod
intestato decedente sine masculo, sine femina, succedant soli
315 masculi liberi per masculinum sexum descendentes, etiam
si adessent filie feminae, vel eorum descendentes ex defun-
cto, aut descendentes masculi, seu feminae ex filibus præ-
defunctis, vel feminae ex descendente masculo prædefun-
cto, qui, vel quæ de jure communi deberent admitti ad suc-
cessionem cum dictis liberis masculis, sed dicta feminae, &
descendentes ex eis intelligantur, & sint, ac remaneant ex-
clusæ, & exclusi, & tota hæreditas dicti intestati defera-
tur ad dictos liberos masculos superstitibus ubi per illud ver-
bum solum fuisse exclusas omnes alias personas, quæ non es-
sent masculi per masculinum sexum descendentes, patet
ad sensum, & præcipue ibi adnotat Casareg. num. 1.
Ideoque non semel disputatum an Statutum præfatum
fuerit editum favore agnationis, vel potius solius masculi-
nitatis, ut refert Consil. consil. 7. num. 28. ex impress. post
decis. Lucen. Imò à plerisque, & præcipue de tempore,
quo emanavit decisioe relatæ, constanter creditum
idem Statutum fuisse conditum favore solius masculini-
tatis, ut per Altogradum Seniorum consil. 62. volum. 2. Et
quamvis postmodum alii contrarium lin. conati asse-
rere, quod nempe fuerit conditum etiam favore agnationis,
id non univèrsim de omnibus dispositis in d. cap. 23.
sed nonnulli ejusdem capitis partibus tradiderunt, ut vi-
dere est apud Beniell. consil. 54. unde dum tradita in alleg.
§. 17. cui Rota fuerat innixa, legebatur, ut diximus, quod
agnati masculi proximiores succedere debent deficientibus
descendentibus masculis, & ascendentibus, feminis
semper exclusis, essent intelligenda dumtaxat de his, qui
antecedenter fuerant dispositivè vocati, inter quos non
erat Mater, sed solum masculi per masculinum sexum
descendentes, ut ibi adnotat, & probat Casareg. num. 6.
non debet videri mirum, quod eadem Rota dixerit, eo
casu non esse admittendos filios feminae in agnatione
nuptæ propter repugnantem qualitatem masculinitatis à Sta-
tuto desideratam, ut in dict. num. 14. non rejecta, sed po-
tius admittenda opinio contraria, quæ nobis faveat in
casibus, in quibus non concurrerent istæ peculiares Sta-
tuti circumstantiæ. Quo verò ad id, quod attinet ad pos-
316 teriorem dec. 53. part. 7. ista expressè, imò fortius nos-
tram sententiam confirmat, nam licet antecedenter senten-
tiam Rotalem expeditam juxta priorem decisionem
mox expentiam confirmet, & admittat suppositum in illa
traditum, quod nempe ad præscriptum Statuti Januensis
enarrati in eo, qui ad succedendum esset admittendus, 315
ultra alias qualitates ab eodem requisitas, debeat etiam
habere illam, quod gradus exoptatus debeat esse mas-
culinus, & à masculo derivatus, quod per matrem fieri ne-
quit. Attramen sub num. 9. & 10. ultro admittit, quod femi-
næ, de quibus ibi agebatur, conservaverant gradum,
& agnationem ob nuptias cum agnato contractas, sicut
in masculis ab illis deficientibus esset dicenda cessare
exclusio ob cessante ejusdem exclusionis rationem, verum
eo casu esse præferendos masculos, qui per masculo-
rum conjungebantur ob præponderantem qualitatem me-
dii, atque ex quo duplici jure n. tenebantur, quod nempe
essent masculis, & à masculis descendentes, non autem
quia masculos ex feminis in familia nuptis crederet sub
Statuti dispositione non esse comprehensos, ob defectum
qualitatum ab eo requisitarum, sed ut stante mediis inæ-
qualitate, prius admittendi essent masculi ex masculis,
addito proinde quod etiam ad terminos præfati Statuti,
istis masculis per masculos conjunctis deficientibus, prout
contingit in nostro casu, alii orti ex feminis nuptis in
agnatione essent ad successionem admittendi, ut potè à
Statuto vocati, sic proinde, ut diximus, expressè in-
317 ter mandando, quod etiam in successione statutarie masculini
ex femina in agnatione nupta sunt dicendi veri, & per-
fecti agnati, ad effectum, de quo agitur, prout eandem
decisionem inter res judicatas supra pro hac sententia re-
latas attulimus, ac inter cæteras auctoritates, quas id
firmare etiam in successioneibus Statutariis enarravimus,
recensendam esse hæc dubiè videatur asserendum.

Quare multò minus erit dicenda adversari eadem Ro-
316 ta in rec. decis. 84. part. 5. quæ est coram Dunoct. Jun. decis.
14. num. 14. & seqq. cum loquatur in casu, quod quidem
Ber-

Bernardus de Cambis Florentinus prætendebat excludere
Antonium, & Petrum Gallianum Fratres pariter de
Cambis, quos Rota in anteced. decis. 3. coram eodem Du-
noct. Junior. dixerat esse vocatos ad portionem præfatum
Petri Galliani, ex Testamento Prioris de Cambis rati-
one dupliciter vinculi, ex quo non solum descendebat
à Laurentio secundo Conobriano Testatoris, & ab
ipso substituto, sicut erat in pari, & coequali gradus
cum supradictis Fratribus, & ex quo erat Filius Casan-
dræ nuptæ in familia, quæ fuerat filia Sylvestri Fratris
Testatoris, & conjuncta primo fideicommittenti utriusque
nepre, quod Rota censuit non esse attendendum; ex
quo Testator gradatim substituerat unam lineam alteri,
& eorum descendentes masculos exclusis feminis, nam
cum masculus natus ex femina, prout in illo casu opta-
tum non dicitur masculus esse verificabatur ista qualitas, &
per consequens vinculum Bernardi ex parte Casandræ
Matris, quamvis nuptæ in familia tanquam irrelevantis,
& impertinens non erat attendendum, cum ipsa non ha-
beret qualitem masculinitatis, sed qua fuerant voca-
ti filii Sylvestri, & sic quemadmodum ipsa non potuisset
succedere, nec etiam filii ex ipsius persona poterant nisi
317 succedendi deducere, ut videre est ex inibi traditis nu. 15.
& num. 17. & seqq. admittit tamen num. 16. opinione per
nos superius firmata, quocies Testator vocavit proximio-
res de familia, vel quando fuerat vocata familia, nulla
habita ratione linearum, vel illis gradatim non substitu-
it. Prout & extraneæ penitus erunt judicandæ eorum
auctoritates, qui loquuntur in terminis dispositionis ordi-
natæ pro solis deficientibus masculis alicujus certi co-
suei, & lineæ, cum tunc ultro concedamus eadem
primus esse spectanda. Sicuti & eorum qui loquuntur
in terminis, in quibus fuit vocata simpliciter familia,
non autem considerata agnatio, nam cum verbum Fam-
ilia admittat distinctionem inter familiam in genere, &
in specie, potest intrare disputatio; an Testator sentierit
de familia effectiva, vel etiam de contentiva, eoque ca-
su an illi sit regulandum ex affectione, vel alia ex causa,
qua potuit moveri Testator, non autem quando fuit con-
templata agnatio, prout certe contingit in similibus Sta-
tutis, cum agnatio sit nomen amplissimum, & generi-
cum non habens significationem specialem, sed compræ-
hendens omnes, in quibus concurrit illius conservatio-
nis favor, ut bene distinguitur Menochius consil. 124. nu-
317 mero 20. & seqq. Fufar. de substitut. quæstio 404. num. 17.
& 18. consil. 30. sub nu. 17. §. Nec prædictis obstat, & consil.
37. numero 12. & 20. vers. Respondetur secundo, Bartho-
lom. Stella apud eundem consil. 10. numero 4. & 5. Carol.
Anton. De Luc. de linea legal. lib. 2. articulo 44. numero 2.
in fine, & articulo 76. numero 6. Rot. in recent. decis. 563.
numero 5. & 6. parte 18. tom. 2. ultra alios plures relatos
supra, dum firmavimus, quod nomine agnatorum veni-
unt tam illi de linea effectiva, quam illi de linea con-
tentiva. Et demum aliorum, qui loquuntur in termi-
nis quæstionis an frater utriusque conjunctus excludere
valeat fratrem consanguineum tantum, quo casu licet
dilectata sit quæstio, & pro utraque parte adsint magni
nominis Doctores, illi qui eam resolvunt favore consan-
guinei tantum, ex eo moventur, vel quia dum fuit con-
templata agnatio, Mater ex aliena familia non est agna-
ta respectu filii, vel quia conservatio agnationis confide-
rata in istis dispositionibus æquè fieri potest per simplici-
318 ter conjunctum uti masculum de agnatione, ac per con-
junctum ex utroque latere, Roman. consil. 411. sub nume-
ro 1. vers. Statutum autem, Menochius consil. 187. numero 6.
in fine, ac sub numero 28. vers. ac qui, Cravet. consil. 653.
numero 1. Antonell. consil. 76. numero 7. & 16. Mantica apud
Buccaf. respons. 65. sub numero 27. vers. & ratio Statuti,
Peregrin. consil. 38. sub numero 4. vers. Secundum quam opi-
nionem, & Patavin. decis. 75. sub numero 3. vers. ultra
præmissa, Magon. Florent. decis. 82. numero 3. & 4. Rot.
in Majoricen. Beneficium 16. Februarii 1699. §. Et si autem ad
finem, coram De la Tremoille. Ut propterea his attentis
non videatur dubitandum, quod opinio favens masculis
ex femina in agnatione nupta, quocies fuit contempla-
ta favore agnationis, sit dicenda communis, itaut non
sit curandum de aliis contrariis tenentibus, tanquam lo-
quentibus in casibus pensè diversis, nec proinde habend.

in consideratione, ut ad rem inquit Bartholom. Stella
dicti. consil. 19. sub numero 32. §. Ad quartum, & ultimum, 319
expressè rejectis, vel declaratis iis, qui in contrarium
tunc temporis afferri poterant, cum quibus conveniunt,
si qui sunt alii recentiores, etenim in substantia, nihil
aliud, quam ea, quæ ab antiquioribus fuerunt tradi-
ta, juxta casuum opportunitatem, mutuarunt. Adeo-
que eadem opinio videatur omnino tenenda, maxime
dum per illa addunt, nedum regulæ juris, & rationes
validissimæ, sed & præcipue Illustrium Interpretum, 320
& Supremorum Tribunalium placita, juxta tradita in
simili per Gabriel. consil. 15. numero 26. in fine, lib. 2. & Ca-
vagnol. observat. ad Decret. Montis Ferrat. lib. 2. in observa-
321 tion. ad Decret. 73. §. 1. num. 1. ad medium. Et sine disce-
ptione cum satis sit rem esse dubiam, ad hoc, ut capi
debeat interpretatio pro feminarum exclusione ad favo-
rem agnatorum, & agnationis conservationem, De Luc.
de success. ab intest. disc. 1. num. 17.

Et ita super veritate rogati, de jure respondendum
censuimus hac in celebri controversia, in qua tot Vi-
rorum Illustrium, & Jurisperitorum pluries, varisque al-
legationes, & rationes utriusque doctè admodum, atque
ornatè dispositas, & congestas, extendere nobis con-
tingit. Quorum acumen, facultatem latissimam obui-
lit quæstionis fufus exturdiendæ, ut modo nil aliud fu-
erit expectandum, nisi integerrimum, & sapien-
tissimum Virorum judicium, quibus causa defuncta tradi-
ta est, quorum definitionem ea, qua par est Majesta-
ti Judicantium, veneratione complectemur, & confiden-
ter interea talem ab eis prodituram, quæ Nos tantorum
Virorum auctoritate, tutius in suscepta opinione con-
firmet.

Marcellus Severolus Signaturæ Gratiæ,
& Justitiæ SS. D. N. Pape Votans,
& Decanus, &c.

Dominicus de Zaulis Episcopus Verulanus Eminentissimus
& Reverendissimus. Don. Card. de Caprinio
Urbis Vicarij Vicegerens.

Fatinellus de Fatinellis Potens Signaturæ Justi-
tiæ, & Gratiæ SS. D. N. PP.

Omnia contenta in doctissimo Responso Illustrissimi,
& Reverendissimi Domini mei Severoli tanquam
innixa solidis utriusque Juris fundamentis libenti ani-
mo approbo.

Joseph Dominicus de Totis Signaturæ Gratiæ Vo-
tans, & Sacrarum Congregationum Visitatio-
nis Apostolicæ, & Fabricæ Sancti Petri Secre-
tarius.

Doct.

DOctè, eruditeque deducta per R. P. D. meum Severolum in supradicta Allegatione, tanquam Juri consona libenter approbo.

Prosper Marescucus Signaturæ Gratiæ Volans, & Secretarius Sac. Congregationis Boni Regimini.

Illufrissimi, & Reverendissimi Severoli doctissimum de more Responsum numeris omnibus absolutum probatione non indiget, dum Pythagoræ more sufficit ipsa dixit.

Peregrinus Maserius Signaturæ SS. D. N. PP. Gratiæ, & Justitiæ Volans.

Deducta in supradicto Responso videntur pluribus rationibus, & auctoritatibus, æquè ac eruditionibus luculenter probata, ideoque eidem approbative libenter me subscribo.

Gabriel Philippucci Signaturæ Justitiæ SS. D. N. PP. Volans.

Tot solidissimis rationibus, tot juridicis fundamentis, ac tot Sapientissimorum Auditorum motivis nititur doctissimum, & eruditissimum Responsum Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli, quod non solum à me summo honore approbandum, sed omni laude prosequendum videatur.

Curtius Origus utriusque Signaturæ Gratiæ, & Justitiæ Volans, & SS. D. N. PP. Supplementum Libellorum Secretarius.

Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Decani doctissimum, æquè ac laboratissimum Responsum dignum Sapientia tanti Viri summo cum honore venerator, & approbo.

Physimibus Marabottinus Signaturæ Justitiæ Volans.

Responsum R. P. D. mei Severoli, & Jura doctissimè in eo de more deducta libenter approbo, & maxima laude dignum existimo.

Hieronymus Vicentius Signaturæ Justitiæ Volans.

Eruditissimum Responsum Reverend. Patr. Domini mei Severoli summa laude dignum libentissimè approbo.

Carolus Cervus Auditor Signaturæ Justitiæ.

Responsum Rev. P. Domini mei Severoli Juris Consulti præstantissimi, ac in omni re literaria nostræ ætatis facillè Principis ultro libensque approbo, atque subscribo.

Ludovicus Sevgardus utriusque Signaturæ Referend.

Responsum R. P. D. mei Severoli Juris Consulti præstantissimi, tanquam solidissimis fundamentis innixum, & summa doctrina referum, ab omnibus amplectendum esse censeo; ideoque ejus sententiæ libentissimè me subscribo.

Pompejus Aldrovandus A. C. L. T.

Quamvis nullorum indigeat approbationibus Responsum R. P. D. mei Severoli, & sola sufficiat aucto-

ritas tanti Viri, quem Reipublicæ Literariæ ut Principem agnovimus omnes, ac veneramur, attamen cum sit illud tanta doctrina suffulsum, totque rationibus roboratum à cunctis principaliter laudandum censeo.

Anselmus Danadus utriusque Signaturæ Referendarius.

Eruditissimum, & doctissimum Responsum Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli laudandum potius, quam approbandum mei muneris esse videtur, & honori mihi tribuo ejus opinioni subscribere.

Marcus Antonius de Ansdais utriusque Signaturæ Referendarius.

Admiracionem potius, quam ulteriorem comprobationem admittit eruditissima, & doctissima Consultatio Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli, cui ideo libentissimè, & pro summo honore me subscribo.

Philippus Sacripantes Sac. Concistorialis Aulae Advoc.

Sententiæ discretissimè de more firmatam per R. P. D. Severolum in præsentis Allegatione uti Justitiæ, & veritati consonam sequendam esse existimo.

Camillus Spretus Sac. Concistorialis Aulae Advoc.

Eruditissimum Responsum R. P. D. mei Severoli maxima cum admiratione perlegi, & ideo in eodem doctissimè firmatis me subscribo.

Marcellinus Corius Sac. Concistorialis.

Approbo, & Juris censeo, quæ laudabilissimè more solito firmavit in hoc Responso R. P. D. meus Severolus, cujus omnigenam doctrinam semper admiratus sum.

Desiderius Spretus Sac. Concistorii, & Pauperum Advocatus.

Idem censeo de Jure respondendum secundum ea, quæ proponuntur, quod R. P. D. meus Severolus in hac doctissima, & elaborata Consultatione firmavit.

Thomas Provenzalis Sac. Concistor. Aulae, & in Romana Curia Sac. Regiæ Majestatis Catholicæ Advocatus.

Quæ supra deducta sunt in elaboratissimo Responso, R. P. D. mei Severoli tanta pollent Juris prudentia, ut in eorum comprobationem ne quidquam superfit addendum, sive quod desiderari possit; Quamobrem me libentissimè, & obsequentissimè subscribo.

Jacobus Sardinus Sac. Concistor. Aulae Advoc.

Pincipis Juris, & receptæ apud Doctores, & Tribunalia sententiæ consona est doctissima, & eruditissima de more Allegatio R. P. D. mei Marcelli Severoli omni doctrinæ genere ornatissimi, & Juris Consultorum nostri temporis facillè Principis.

Prosper de Lambertinis Sac. Concistor. Aulae Advoc.

Ità

ITa Juris esse censeo, & in omnibus me subscribo.

Joannes de Gambis Advoc. & Causarum Curie Capitolis primus Collateralis.

Doctissimum, ac elaboratissimum Responsum Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli in Jure firmissimum reor, eandemque sententiam sequor, & auctoritatè tanti Viri libenter obsequor.

Joannes Baptista Quatrinus in Romana Curia Advoc. & Curie Capitolinæ secundus Collateralis.

Doctissimæ, & elaboratissimæ Dissertationi celeberrimi in omnigena doctrina R. P. D. mei Severoli nil superest desiderandum, quin sit firmatum, & stabilitum non minori ingenii, quam doctrinæ, & justitiæ sublimitate. Et ideo libentissimè, & veneranter me subscribo.

Antonius Maria de Beccettis in Romana Curia Advoc.

Doctissimè scripta ab Illufrissimo, & Reverendissimo D. meo Severolo nostrorum temporum celeberrimo Juri Consulto Juri consona esse censeo.

Franciscus de Roggeriis in Romana Curia Advoc.

Immortale hoc Responsum R. P. D. mei Severoli doctissimis fundamentis innixum, & rara felicitate legalibus Oraulis referum non tam approbandum, quam venerandum censeo.

Franciscus Maria, Pionius in Romana Curia Advocatus.

Juris Responsum luculenter, ac magistraliter examinatum à R. P. D. meo Severolo est in se fundatissimum, ex eo solum qua redditum à primario nostrorum temporum Juri Consulto, unde de mea sola subscriptione requisitus libenter illi adhareo.

Franciscus Maria Constantinus in Romana Curia Advocatus, & Fisci, ac Cameræ Capitolis Causarum Patronus.

Doctissimo Responso Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli uti in Jure fundatissimo libentissimè me subscribo.

Franciscus Lucidus in Romana Curia Advocatus, & Illufriss. & Reverendiss. D. A. C. Auditor.

Quæ sumpta doctè, subtiliter, & eruditè de more deducta fuerunt per Illufrissimum, & Reverendissimum Dominum meum Severolum adeo rem claram constituent, ut aliorum subscriptione indigere non videantur.

Franciscus de Vito in Romana Curia Advocatus.

Omnatissimum Responsum Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli ex auctoris nomine doctrina, & profunda eruditione maximam sibi vindicat auctoritatem, at propositorum veritas correspondet, quibus submissa ergo Auctorem, & Magistrum veneratione me subscribo.

Joannes Ascerolinus in Romana Curia Advocatus.

ET si nullum auctoritatis robur addere possim doctissimæ Consultationi Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli, cujus nomen Urbis, & Orbis mensuram satis implet, in obsequium tamen veritatis eidem me subscribo.

Franciscus Maria de Spanocchis in Romana Curia Advocatus.

Responsum Illufrissimi, & Reverendissimi Domini mei Severoli miro ordine digestum, ornato compositum stylo, & exquisita eruditione referum, non minus approbatione, quam laude dignissimum libenter subscribit.

Joseph Riganti in Romana Curia Advocatus.